

REVERENDIS- SIMO IN CHRISTO PATRI, AC DOMINO D. IOANNI MIRLE,

CELEBERRIMI MONASTERII CAM

piliorum Abbatii, Domino ac Patrono suo,
perpetua pietate & summa ob-
seruantia colendo.

S. P. D.



Immortalitatem scripta doctorum historias & carmina
consequi, Tam verè quam eleganter ostendit Ouidius
his versibus.

*S*cindentur vestes gemmæ frangentur & aurum
Carmina quam tribuent fama perennis erit.

E T A L I B I.

*V*inet Meonides Tenedos dum stabit & Ida
Dum rapidas Simois in mare voluet aquas
*V*inet & Ascreus, dum mystis via tumebit
Dum cadet incurva falce resecta Ceres.
*T*ityrus & segetes Aeneiæq[ue] arma legentur
Romatriumphati dum capit orbis erit.
*C*edant carminibus Reges Regumq[ue] triumphi
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.

Quam verè hoc dixerit Poëta vel nos ipsi testari debe-
mus, ab eo enim tempore quo hæc scripsit Poëta mille &
quingenti anni sunt elapsi, nec modo in tot multarum re-
rum Regnum & Imperiorum mutationibus & interi-

A ii tu, sunt

tu sunt seruata scripta antiqua, sed ne adhuc quidem time-
mus ea non duratura ad nouissimum usq; diem. Et nostra
ætas posteritati digna etiam relinquit plurima, Libuit au-
tem periculum facere, num & hoc scriptum communis fa-
to frui possit & diuturnum aliquid acquirere. Quod ideo
tuæ Reuerendæ dignitatis nomine edere volui, vt vna
cum hoc scripto eius memoria viueret, cum non modo in
literis & bonis artibus egregie versatus sis, sed de ijs ipsis
quam optimè mereris. Boni itaq; consule & vale, 1558.
Idibus Iulij.

Tuæ Reuerendæ dignitatis
studiosiss.

Paulus Fabricius Cæsar & Archiducum
Austriæ Mathema-
ticus.

A C T V S